

Petrus de Pretio, 1229?-1269

*PdP Epistola 18 (A mente
vestra non creditur excidisse...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Pretio, 1229?-1269

*PdP Epistola 18 (A mente
vestra non creditur excidisse...)*

A mente vestra non ereditari excidisse, qualiter olim, dum essem infantulus vobiscum a matris uberibus educatus me vobis totum devoveram et vobiscum continue conversabar. Ex quibus efficax profecto colligitur argumentum et evidens nascitur coniectura, quod tanto nunc vestrior esse debeam, quanto postmodum ad altiorem speculam ascendistis. Constet vobis igitur nec ullatenus veritas dubitetur, quod, postquam vobis animum devotus exhibui, personam quidem animus contulit et persona de rebus propriis iam hostiam tibi fecit. Vos igitur animo, persona rebusque deinceps utamini sicut libet, cum in veritate vobis liquere queat et possitis id clarius experiri, quod nemo rem aliquam possidet, quin posset ei liberius dominari.